

Nigredo designat seculum.

cepit, ideo nil de nigro colore habere debuit, quia nigredo maculam designat, nec debuit habere vestem rubricatam, vel bicoloratam, sed tantum albam candidam, & luminosam, quia sine libidine concepit, & sine dolore peperit verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Secundo propter Christum, qui annuntiabatur, quia ipse peccare non potuit, id totaliter alba in ueste refulsit angelus propter Christi honorem, quoniam Deus est lux, & tenebræ in eo sunt vlt. i. lo. i. Tertio propter hominem mundandum, quia ille annunciabatur, qui ex charitate hominis a culpa mundabat, atq; a tenebris ignorantie & viciorum purificabat, & celestium restituebat, ergo &c.

Si obijciatur, quia Christus annunciabatur, qui passus erat, & sanguine redimebat mundum, ergo angelus debuit aliquid habere de rubeo colore significante hoc. *Esai. 63. Quare rubrum est vestimentum tuum: Respondetur, qd obiectio non concludit quia secundum beatum Dionysium. Omnis apparitio debet visibiliter declarare illud invisibile. f. mysterium, quod primo, & principaliter, ac per se intenditur, sed iste angelus non intendebat primo, & principaliter annunciare nisi Christi incarnationem, ergo non debuit habere vestem rubricatam: Hæc omnia prædicta ex Alb. super Millus est. a. ca. 20. vsq; 27.*

Apparitio debet invisibiliter declarare qd intendit.

Septimo voluit ex charitate Deus per angelum virginem honorare, & non solum communi honore, sed reginali dignitate, vt pie creditur genia flectendo humillime, & inclinato capite, sicut solet fieri reali maiestati inter homines: Ratio, quia seuit angelus Deo reuelante, qd ipsa virgo mox fieret regina cæli, & domina angelorum, & hominum, & quod est maxime Dei veri mater, & saluatrix seculi, & per consequens tali honore dignissima, ergo &c.: Et hoc probatur etiam ecclesie vniuersalis consuetudine, quias sic depingitur vbique quasi angelus genibus flexis humillime salutauerit virginem in ista annunciatione.

Octauo voluit Deus per angelum salutatione missa a sancta trinitate, & in solita a seculo salutare et immensa charitate,

dicendo ex persona Dei: Aue gratia plena &c. vt patebit. §. 25. & sequenti.

Nono & plurius modis honorare voluit ex temporum anno, mense, die, hora, & quibus subsequenter patebit.

Ex charitas Dei elaret ex tempore annunciationis, & etatis electione.

¶ **QVOMODO** tempus, & ætas eligi §. 22. congruebat pro dominica annunciatione ex diuina charitate: Respondetur breuiter colligendo. Et Primo dicendum est secundum Tho. 3. par. sum q. 35. qd inter Christum, & homines alios differentia est quantum ad tempus, eo qd alij homines concipiuntur, & nascuntur sub necessitate temporis, & ideo subiecti sunt temporis, sed ipse Christus dominus conditor est omnium temporum, ergo sicut voluit, sic sibi tempus elegit, quo fieri pereret, & nasceretur, & sicut & matrè sicut voluit elegit a qua conciperetur, & locum elegit vbi conciperetur, & nasceretur.

Thom.

Christus conditor omnium temporum

Secundo dicendum, qd nos, ex quo non omnium temporum & locorum proportionem cognoscimus, ideo congruitatem temporis & loci, videlicet, quare Christus hoc tempore & non alio, uel hoc loco nō alio conceptus sit aut natus, debemus accipere ex hoc, qd oportet fieri ex Dei voluntate, quia Deus omnium temporum dispensator ab eterno cognouit, & voluit eligere tale tempus congruum pro tua incarnatione, & secundum hoc congruitate rationem dignam exquirere, & assignare, prout conueniens est diuine sapientie & charitati, ac eius iusticie ordini &c.

Tertio itaque dicendum, qd Christus, dominus pro sua annunciatione, & conceptione sanctissima voluit eligere.

Primo mundi ætatis sextam ætatem. Quia ut dicitur Bonauen. super 3. dist. 1. circaliter. Et etiam Franc. mayro. per sextam ætatem significatur perfectio, & completio, cum dicente August. 4. super Genesim. numerus senarius secundum arithmeticos est magnæ perfectionis, eo qd ex omnibus partibus suis aliquo modo sumptis, constat, puta, pars sexta est unum, & duo sunt pars tertia eius, atq; tria sunt pars dimidia. Item quatuor sunt diuæ eius partes præter tertiam partem, quæ est duo. Item quinq; sunt vna eius pars præter par-

Bonaue.

Magnæ perfectio nis est senarius numerus.